1790 Lichowski Epistola.

EPISTOLA

Domini Lichowski, antea in Polonia commanentis, ad præsens Hungariæ existentis, ad Amicum Polonum scripta Anno 1790. Diæ 7. Mense 7bri.

Quis nam mortalium vaticinasset sibi sortem, olim Adami Poninski Supremi Thesauri Regni Poloniarum Præfecti, nunc Adami.— O sors crudelis, o sors! si ad minimum cæteros vestros Incolas, Poloni! ad bene perpetrandam & amandam Patriam duceret, esset effatum vestrum non solum justum, sed felicissimum. Olim Polonus, nunc Hungarus hæc Vobis opto: enixé adjuro, ut maximam habeatis curam, ne Vos falsi inducant in maximum infortunium Prophetæ. Videtis Exemplar malitiose gestorum. Cavete! Patriam, non privatum commodum, pre oculis habeatis. Non Vos privata odia, vel personarum vestrarum ducant solatia, non divitiæ vel fausta particularia vos seducant. Sit semper præsens menti vestre ille infelix Adamus, ille pro omnibus oblatus. Vos estis Judices, nunc autem Actores eadem ad agendum habetis. Ille nefarié finem assecutus, Vos mereatis coronam laudis. Habete præ oculis, id quod ille inspicere noluit amorem Patriæ & candorem in factis. Illius felicitas erat aurum, vestra sit felicitas obsequium sincerum Patriæ & Incolarum. Ille auro deceptus, trium regnantium sedebat apromissis, oblitus hujus maximæ Regnantium, proditionem amo, proditorem odi, satagebat nuta illorum ad-

implere, Vos o Poloni! fidete vobis ipsismet, habeatis præ oculis, fide sed cui vide. Ille ab Incolis Vestris, ut se exaltaret depravatâ modalitate cum suis Asseclis aurum & argentum abstulit, Vos non admittatis, oppressionem in Colarum, ne frustra cives vestris solvant impositas taxationæs. Non admittatis ut armada Vestra sit speciosus prætextus, ad suportanda onera oxelutionis taxarum. In exercitu vestro sint milites, non infantes. Officiales possideant capacitatem, non favorem femininum. Supræna potestas committatur probæ virtuti, non pravæ adulationi. Sint viri quorum experientia nota, non quorum juventus agnita, quorum curæ committatur miles. Ars bellandi, est ars, quæ non teoriam sed longissimam pradicam exigit. Potest ne infans vix a ferula Præceptoris liber, esse supræmus Director Vexillorum? Potest ne Sutor, artem Sartoris possidere? vel de sola missa Sacerdos Episcopi munus agere? cum maximo Condolio vidi nuper Viennæ, plures vestros vigiliarum Præfectos Generales. Plures agnovi e servitio Cesareo, ubi locum tenentis vix habuerunt gradum, nunc apud Vos Generales Vigiliarum præfecti facti. Alium ibidem observavi é Gallico servitio bene mihi notus; in Gallia Centurionis agebat munus, apud Vos Generalis factus. Quidnam de tali Armada putatis? o Poloni! ludibrium est inspicere ea militaria quæ agitis. Non credatis, quod centurionem agere est idem, quod adimplere munus Supremi Ductoris. Quid proficua Vobis erit illa juventus, nisi perditio-illorum trahit post se perditionem vestram, & sic dicetur, Sic pereunt felitia Regna. Venit hora in qua habetis modatitatem ea agere, quæ recta, decora, & utilia pro Patria, & gloriosa pro vobis sunt. O quam felix memet ipsum

exi-

existimarem, si fas mihi esset vobiscum consilia inire, & ea suadere, quæ nunc solummodo sincero animo sentio. Quadraginta sex Annos inservivi strenue agendo. vix Colonelli gradum obtinui Vos, Juvenes dummodo divites ad ea adtollitis munera, quæ optatam Patriæ Vestræ felicitatem securé efficere valent. Si aurum aput vos istius est valoris, ut eo mediante omnes gradus obtinere valent incapaces: infelicissimi Poloni, perditio vestra de vobis originem trachit. Si Vos protegit aula veré militaris, & si vobis convenit firmam in ea ponere spem & fiduciam, concilium & opem det vobis! det Officiales capaces. det supræmos quorum nota sit capacitas. non cedat illos quos minus curabat. Possidet illa veram bellandi artem, habet Supremos & inferiores Officiales, quorum dexteritas nota, & quorum gesta militaria immortalitatis meruerunt nomen Vestri Juvenes sub eorum mandatis, post triginta Annorum decursum, mereri possunt. Valet ne esse Præceptor ille, qui ignarus scriptucræ alios artem arithmetites docere satagit. Aut quomodo id effici potest, ut juvenis qui vix occupatione absolvit, Dictator esse mereatur Attendite Poloni, & sit vobis solatium ea agere, quæ Vos illustrare valeant. Sors Adami sit præ oculis vestris, ille meruit opprobrium gulæ causa Vos ne per vestram erga commoda privata propensionem, vituperia Vobis met ipsis à futuris sæculis conducatis, cavete. Cicero, ille præclarus Vir & orator maximus, fuit ne bellator? Non, non sufficiat Vobis Oratoris & loquelæ capacitas, non iste meritum habeat esse bonus miles, quem natura verborum copiá ditavit. Non vos seducant fæminarum modalitates, ut suos Asseclas & fautores exultent. Sit virtus & capacitas, vestræ propensionis in distributiva gratia mili-

ta-

tari stimulus; & sic fausta vobismet ipsis & Patriæ Vestræ, fas Vobis erit augurare, & sic Incola alacriter ad ærarium solvet ea, quæ solvere tenetur. Quia secure possidebit quæ habet. Extranei non ludibria sed veram existentiam vestram admirabuntur. O vos felices Poloni, si ea agendo Prædecessorum Vestrorum gloriam & candorem restauraturi. Ea Tibi admanuata volui, quæ mihi verus sincerusque amor erga Patriam meam suadent. Si vos scripta mea & dicta, ad sincera facta deducent, felicissimus ero; Vale.